



Quotidiana Christiani Militis Tessera

Stanyhurst, Guillaume

Coloniæ Agrippinæ, 1682

28. Dies Janvarii. Pœnitere, non impeditur temporis angustiâ, Dei
misericordia. Chrysost. in Psal. 50.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55659](#)

Confessores, Virgines, Martyres, Cælites omnes : extendet se ad ipsam Dei Matrem, Dei Filium, in totam cœlestem curiam : Hinc dicit Christus : *Gaudium erit in cœlo.* Et malis momento uno, jacere in cœno, amplectilatum, quām toto gaudio impleat cœlum ? Indurate persecutor, credite sacris litteris ? Credis Deo, qui toties, & tam multa dixit contra cordis tui duritiem ? Vide, quid à te requiritur. Nihil prorsus quod non possis, non jejunia, non eleemosynæ, si non possis, non prolixiores, quām possis, preces fundere, non quidquid extra te est ; sed hoc unum, quod à te totum est, ut te præteritorum pœnitentiat, & seriò resipiscas. Dic ergo prodigus cum prodigo: (a) *Surgam, & ibo ad Patrem.* (b) *Qua spes* (ait Chrysologus) *qua fiducia, qua conscientia?* *Qua spes?* illa qua Pater est. Ego perdidii, quod erat filii, ille, quod Patris est, non amisit. Apud Patrem non intercedit extraneus : intus est in Patris pectore, ipse qui intervenit, & exorat affectus. Urgentur Patris viscera iterum filium genitura per veniam. O quām facilis est post delictum venia delicti. Ut sis post innumera sceleris sine periculo tutus, sufficit vel unicus in Christum obtutus ; ita monente Poëta :

Si malefecisti, mox respice vulnera Christi.

28. DIES JANVARII.

Pœnitere, non impeditur temporis angustiâ, Dei misericordia. *Crysost.* in *Psal. 50.*

I. Ad-

(a) *Luc. 15.* (b) *Sermon, 2. de Filiq Prod.*

Januar.
Stimuli ad I.
conversio-
nem.

Tessera.

75

ADhuc dubitas pœnitendo ad Deum reverti , à quo peccando fuisti aversus , & inde perversus ? Quid teretardat ?

An quia peccata tua sunt numero plurima , enormitate maxima ? Tempus verè quo possis pœnitendo peccata delere , breve , contractum , angustum ? Spem præbeat , animum erigat tua hujus diei tessera . Nihil velocius tempore , velocior tamen est misericordia illius , in cuius potestate sunt tempora . Obstupesce hīc ejus velocitatem . Pauca , post gravissima flagitia protulerat verba David . (a) *Peccavi Domino , Dominus quoque transtulit peccatum tuum.* Respondit Nathan . (b) *Velox Confessio , (ait Chrysostomus) velox medicina. Facto peccato , verbo pœnituit. Annuit Deus , correctio facta est. Vulnus apparuit , & sanitas rediit.* O peccator ! Consta corpore , quod est cognatum brutis ; constas anima , quæ est cognata Deo . Cur in morbis tuis partem tui humiliorem , præfers parti nobiliori ? Solicitudo præcipua , sit rei præcipuæ . Prima cura sit primæ partis , hoc est , animæ , propter quam est corpus . Animi morbi sunt multitudine plures , magnitudine graviores , periculo majores . Ejus medicina non tantum prompta , sed certa ; quia satis est , ut saneris , velle sanari . Corporis curatio , est fallax : sæpè enim post omnia pharmaca , non tantum non abigitur morbus , sed & moritur corpus .

II. Vide nunc , quām sint morbi corporis curatu difficultes , quām ægrotanti intolerabiles . Sinis tibi aperiri viscera , ut calculus eximatur : sinis carnem vivam inuri , ad vulnus leve persanandum , imò artus & membra integra modico carcinomati impe-

(a) 2. Reg. 12. (b) In Psal. 50. diendo,

dendo, dissecari. Quot sumendæ potiones amarulentæ, & hæc omnia magno quæstu, & pecuniæ jaçturâ. Nec ea sunt in promptu: quæruntur illa trans maria, in remotissimis, & sub alio Sole calentibus regionibus: Animæ verò pharmaca non sunt quærenda apud pharmocopæum foris, habes doiri: non sunt à te remota, sunt planè vicina: non sunt extrat nec circa te, sed in te. Quid adhuc te retardat à poenitentia? Te mone, te adhortare, te incita: ut peccata tua omnia dimittantur, nihil desideratur præter tuum desiderium. Omnia creata propensionibus suis naturalibus, vestigium Bonitatis Divinæ amant quærendo benè esse. Pudeat te, & poeniteat veram ipsam Bonitatem, propensiùs te non amare, cùm fortior sit qua polles gratia, quàm qua constas natura. O quale illud erit, cuius vel umbram tot conatus amant creaturæ: ad quod aspirat, & suspirat conspiranti consensu totus omnium amor. Tu omne dispersiones inclinationum, omnes errores cupidatum in te congregare labora, ut in Deum contendas, & emendas oblivionem hominum, & in mando errores.

III. Quam potes comminisci rationem, qua excuses tuam locordiam, ut non convertaris ad Deum & quidem sine mora, statim, hâc horâ, & quidem toto omnium virium conatu? An quòd non sentias tuum malum, cùm ad oculum non pateat? Sed moneris per fidem, cui potius adhibenda est fides, cùm sit certior iis, quæ oculis vides. An quòd natura nostra sit infirma, & non tantùm prona, sed præcep ad malum? Sed vel ideò debes converti ad Deum, flagites ejus gratiam, qua velis, & robur quo possi

uan.
nar
ia ja
a trans
us re
æren
: no
trate
à po
ecca
præt
onib
mant
veran
, cùn
natu
onati
at con
omne
rupid
n con
& int
qua ex
Deum
uiden
sentia
ed mo
s, cùn
ura no
ræcep
um, u
o possi
to

uar.

Tessera.

77

tot hostibus resistere, imò vincere , ne aliàs succumbas & oecumbas. An quòd plura sint, quæ pelliciunt lenocinia ad peccandum? Falleris, plura sunt, & efficiacia ad virtutem invitamenta. Si mundus hortatur, Deus verat . si natura inclinat , gratia compescit: si dæmones fuggerunt , Angeli inspirant. An quòd malis híc benè sit? O vesania ! amare momentaneam prosperitatem , & non timere calamitatum æternitatem ! An quòd speres in sera ac decrepita senectute, spatiū pœnitentiæ , quia Deus multos expectavit diu , ut parceret semel ? O insensate! non est promissa vita , sed oblata venia. O ingrate! abuteris gratiâ Dei, & misericordia ? Cave: justus est Deus, & quia justus , non injustè aget, si non indulserit veniam, quando ad illum venies , & quando converti volueris, cùm nolis, modò dum te invitat. Erit forsan , quando ob seram pœnitentiam , seriò pœnitens, tibi occines illud , post cladem Cannensem Hannibalis, *Cùm potui, nolui, cùm volui, non potui.* Idcirco

*Esse bonus propera, nunquam nimium properabis,
Qui non est hodie, cras minus aptus erit.*

29. DIES JANVARII.

In via Dei timore incipitur , ut ad fortitudinem veniatur. *Gregor. in Med.*

Conversio I.
inchoanda
timore
Dei.

Ponitendo quod feceris pœnitenda, nunc stas in via arcta , quæ dicit ad vitam. Qui te in via, ne aberres, præcedat dux, sic Timor :